



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Philippi Servii Amicvs Fidelis Usque Ad Mortem**

**Bouchy, Philippe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

Proloquium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54799](#)

IS  
M  
ALES  
arius  
git ut  
fficio,  
cultu-  
asibus  
vi non  
ed do-  
s non-  
quas ad  
is, illa-  
posse-  
m qu-  
mori-  
tiores  
qui que

qui que in Sacramentorum Pœnitentiæ, Communionis & Extremæ Unctionis administratione accidere solent. Quia verò ab aliis potius quam à me, Resolutiones proficiscuntur, Philareti nomen tantisper assumam, & Amici fidelis interrogationibus aliorum potius quam meo nomine respondebo.

PROLOQUIUM.

PHILARETUS.

Quid mihi auctores, Amice mi,  
Quan ut hic subsistam ! & quæ pro-  
lixè satis hactenus dicta sunt in mo-  
ribundorum gratiam, majore cum  
otio expendenda tibi relinquam ?

AMICUS FIDELIS. Cave amabo,  
Philarete, cave stadio pedem ante  
efferas quam ad metam perveneris:  
Supersunt conscientiarum modi nō  
pauci, iisque plusquam Gordiani,  
qui, non Alexandrigladio, sed acu-  
tiore ingenii tui acie dissolvendi  
sunt.

sunt. De moribundis adjuvandis te-  
lam bellè orditus es , ea nimirum  
per texenda est. Ego, ruditis licet in  
hac arte , dubiorum licia subinde  
suggeram, quæ tu, vel perspicuitatis  
radio illustres, vel discretionis pe-  
ctine discriminis.

PHIL. Vide sis ne licia tua, Stagiti-  
tæ lycea , aut Palladis textrinam  
plus æquo redoleant: rem ipsam, non  
verborum ampullas amant Theolo-  
gim Morales ; proinde , si me audies,  
altos illos dictionis cothurnos ex-  
ues, soccosque humiliores induus,  
ad rem quam paras, de plano aggredi-  
dieris.

AMICUS FIDELIS. Quando ita vi-  
jubesve, non modò soccos, sed &  
popularem penulam induo.

## CAPUT PRIMUM.

### De Confessione.

Dubiorum quæ circa Sacramenti Con-  
fessionis administrationem accidere pos-  
sunt, Resolutions moribundis favor-  
ables.

Quatuor